



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo ex odoratis gummis aquam, & oleum per immersionem
extrahamus. Cap. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

parere defierint, oleum turculari elicies, & odoratissimum erit. Immo ex his floribus oleum habebis, ex quibus vix odoratam aquam elicies. Oleum ex iasme, rosa moschatula, viola, lilio, iacinto, garyophyllis, rosis, & floribus arantij, & aliorum odoratissimum hoc ritu habebis. Hoc eodem modo ex moscho, ambara, & zibetho elicere poterimus. Amygdalæ repurgatæ in senas, vel octonas partes à summo ad imum cultro scindantur, & pixide plumbea per sex dies cum odoribus his clauditur, donec optimè odorem recipiant, quas si prælo presseris, odoratissimum oleum exprimes, & fortasse non multa moschi deterioratione.

Quomodo ex odoratis gummis aquam, & oleum per immersionem extrahamus. CAP. IV.

POSSVMVS & alio, quam superius diximus, artificio, odoratas aquas ex gummi extrahere per macerationem, & expressionem. Exemplum

Aqua ex styrace, lasere, & ladano odoratissima

sic extrahetur, & quæ longè suauissimè vibret odorem. Cum styrace, vel lasere contulis rosaceam aquam admisces, ut duobus digitis superuaret, in balneo, vel tepenti loco per hebdomadam maceretur, mox per balneum extillabis, & odoratam aquam recipies, extractam aquam soli meridiano permittit, ut si quid summi odoris in aqua remanserit, aboleatur. Poterimus & vitreis vasis gumi indere, & lentissimo igne uti: nam aqua pauculam exudabit, longè suauissimi odoris, & vasis fundo remanet gummi, quod alijs vsibus utile erit. Hoc eodem modo

Oleum è styrace, lasere, & cæteris extrahere

poterimus, si amygdalarum oleum, vel ex balano myrepfica, cum his gummis contriueris, & commiscueris, ac balneo per mensem maceraueris, post oleum per retortam, vel, quod tutius fuerit, prælo exprimatur, nam iucundissimo odore fragrabit, ut fere non dignoscatur, si ex ipso gummi extraheretur retortis. Balanus myrepfica, glans vnguentaria Latinis, hac in pretiosa

unguenta olei vice vtimur. Plinius myrobalanum appellat: ita & Martialis:

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,

Hoc ex unguento constat, & ex balano.

Omni odore caret, ob id ad suscipiendos odores commendata, & quos coeperit odores, diutius retinet, nec vni cætera rancefcit, ob id unguentis nasci dixerunt.

Quomodo pelles odoratæ conficiantur. CAP. V.

NUNC quomodo pelles odoratæ conficiantur, describemus, quod pluribus modis docetur, vel odoratis aquis, vel oleis perungendo, vel floribus tumulando, vt eorum odorem asciscant. Docebimus odoratis aquis, & primò

Pelles quomodo lauentur,

Vt ingratum animalium, vel carniū odorem exuant. Modus est talis. Lauentur primò vino *græco* vocato, scilicet, vt aliquibus horis madescant, post resiccantur, & si adhuc teter odor infestat nares, iterū opus iterare ne tædeat. Abluto factore, odoratis aquis lauentur. Rosa-cæ aqua partes quatuor partentur, myrti tres, naran-tiorum florum binæ, loti odorati vna, lauendulæ dimidia, commisceas, & in fideliā patuli oris indes, & in eis pelles madescant per diem, post eximes, & suspendas exiccantur in vmbra, sed quum resiccationi propinqua fuerint, ne corrugentur, manibus pertractabis, & agitabis, denuò id ter reperas, donec aquatum suauitatem redoleant, nec vllum profus pellium odorem percipiant. Sequitur dicamus

Pelles quomodo florum odorem asciscant.

Oportet prius oleo perungantur, diximus enim balsam esse odoramentorum, vt & odorem allicere, & retinere in re pingui possit. Quod fiet oleo communi, sed melius ex myrobalano, vt diximus, quia inolidura est, sed qui rem optimè peragere querunt, ouorum oleum petulant, quo modo fieret iam diximus. Modus hic erit. Chirothecas, vel pelles ex interiori parte spongia perficemus, & præcipuè vbi futuræ, vbi id rectè perfeceris, hos